



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1312 Usque Ad Annum 1351

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1767**

**VD18 9011826X**

§. 12. Papæ sententia contra Ludovicum Bavarum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66305](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66305)



**Sæcul. XIV.** aut captivos abstrahere non dubitabat.  
**A.C. 1324.** Alius Gedemini exercitus eodem tem-  
         pore Livoniam ingressus vastabat Rosita-  
**c. 351.** num territorium, expilans ac incendens  
**c. 352.** omnia. Interim ille secum habebat Pa-  
 pæ Legatorum nuncios; qui 25 Nov.  
 Rigam revererunt cum quodam nobili  
 Lithuano. Hic quasi secundus a Rege  
 coram Legatis, Præsulibus & Christianis  
 plurimis contenta voce illius nomine di-  
 cebat: Nunquam Rege jubente aut con-  
 scio scriptæ sunt litteræ de baptisimo e-  
 jus vel subditorum: nullas misit ad Pa-  
 pam: nec simile quidquam in maritimis  
 urbibus aut alibi edici voluit. Juravit  
 per Deorum potentiam, sibi nullam pla-  
 cere religionem aliam ab illa, in qua mor-  
 tui essent Majores sui. Cum remi ita se  
 habere affirmassent nuncii, Legati redi-  
 tum ad Papam maturavere. Ex hoc ex-  
 emplo ferri judicium potest, an Præcones  
 Evangelii solidas Papæ spes fecerint ad-  
 jungendi Christo quosdam Principes Tar-  
 taros aliosve nimium remotos, quam ut  
 rei veritas sciatur.

## §. XII.

*Papæ sententia contra Ludovicum  
Bavarum.*

**I**mperator Ludovicus Bavarus & partes  
 ejus in Germania divulgabant Papæ  
 modum



modum cum ipso agendi eo tendere, ut Imperii Electores priventur jure suo; quia perhiberet eorum electionem non debere ullum effectum producere, antequam ipse discussam approbasset. Huic objectioni ut responderet Papa, Joanni Bohemiæ Regi tribusque Archiepiscopis Moguntiæ, Trevirorum, & Coloniae scripsit esse calumniam. Nunquam cogitavimus, inquiebat, derogare de jure vestris: neque conveniret nocere vobis velle paternam manum, quæ vos extulit. Nimirum Papa pro certo sumebat Gregorium V antecessorem suum septem Principibus Electoribus Imperatorem cooptandi jus tribuisse. Dabat 27 Maji an. 1324.

Sæcul. XIV.

A. C. 1324.

Rayn. 1324.

n. 17.

v. to. 9. conc.

p. 757.

Interim Ludovicus in sua procedens via, & jus suum armis persequens suppetias mittebat Gibellinis Italiæ: qui copiis Ecclesiæ palmas plures præripiebant. Qua re commotus Papa, & dilationes Ludovico concessas exiisse videns in eum denique decretoriam tulit sententiam: & postquam accusationis capita iteravit, ac eo usque acta retulit, ita pronunciabat: Nos eum declaramus contumacem tam quod se nobis non stiterit, quam quod in monitis & mandatis nostris haud acquieverit: ideoque omni jure, quod per electionem habere potuit, privatum denunciamus, poenis gravio-

Jo. VIII. l. 9.

c. 259. 251.

Rayn. n. 19.

Bal. v. to. 1.

p. 141. 701.

Rayn. n. 22.

J. VIII. l. 9.

c. 265.

gravio-



Sæcul. XIV. gravioribus, prout res postulaverit, eum  
 A.C. 1324. affecturi, nisi se prima Octobris submit-  
Rayn. n. 25. tat Ecclesiæ. Interea sub pœna anathe-  
 matis & privationis privilegiorum ac  
 prædiorum, quæ ab Ecclesia, vel ab Im-  
 perio accepit, prohibemus strictissime,  
 ne posthac Romanorum Regis vel electi  
 titulum adscribat sibi, aut clavum regni  
 seu imperii tractet. Has litteras dabat  
 15 Julii, & mittebat Christianis Principi-  
 bus; inter alios Carolo Franciæ, ac E-  
 duardo Angliæ Regibus. Promulga-  
 bant eas in Gallia Guilielmus Melodu-  
 nensis Senonum Archiepiscopus; in An-  
 glia Archiepiscopi Cantuariæ ac Eboraci,  
 in Germania Magdeburgensis, in I-  
 talia Capuanus.

## §. XIII.

*Ludovicus Papam vituperat.*

Imperator ad parendum minime præ-  
 pensus mense Octobri frequentia  
 Sachsenhusii comitia habuit; ubi pro-  
 ponebat, quæ sequuntur: Asseveramus  
 Joannem, qui se dicit Papam hoc nomi-  
 ne XXII, esse inimicum pacis, dunta-  
 xat tendere ad concitandam in Germa-  
 nia Italiaque discordiam, Præsulibusque  
 ac Principibus per litteras ac Nuncios,  
 suos instare, ut contra Imperium & nos  
 consurgant. Fertur asseruisse publice,  
 quan-

*Bal. v. to. I.*  
*p. 478.*